

3  
4  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.



564  
4  
1643/5

DISSERTATIO  
IURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
MORA DEBITORIS.

Quam  
AUSPICIO  
S. S. TRINITATIS.  
EX DECRETO ET  
AUTHORITATE  
MAGNIFICI ET NOBILISSIMI I C: TO-  
RUM, IN INCLYTA ARGENTORATEN-  
SIUM ACADEMIA ORDINIS.

Pro  
Honoribus & Privilegiis in Utroque Jure  
Doctoralibus ritè obtinendis

*Ad Diem XXVI. Ianuarij  
Horâ locoq; consuetis.*

*Publico Examine & ventilationi submittit*

MARTINUS RASORIS, MOENO-  
FRANCOFURTENSIS.



ARGENTORATI,  
Typis EBERHARDI WELPERI.

M. DC. XXXXIII.

DISSEPTATIO  
IN AVGVRA LIS  
DE  
MORA DEBITORIS


AUSPICIO  
S. S. TRINITATIS

EX DECRETO ET  
A VTHORITATE  
MAGNIFICI ET NOBILISSIMI IUSTO-  
RUM, IN INCLYTA ARGENTORATEN-  
SIS ACADEMIA ORDINIS

Honoribus & Privilegiis in Linoduc Juris  
Doctoribus sine obtinendis


Ad Diem XXV Januarii  
Hoc seorsum confectum

Publico Examine & constitutioni subactis  
MARTINUS RASORIS, M. O. N. O.  
FRANCOBURGENSIS



ARGENTORATI  
Typis EBERNARDI WELPERI  
M DC LXXXIII





DISSERTATIONIS  
DE MORA.

THESIS I.



Um omnis Actio Civilis, quâ aliquid nobis deberi in Judicio contendimus, fundamentum habeat in Jure, quod habemus vel in Re vel ad Rem; *arg. l. fin. ff. de LL. Bachov. de Actio. disput. 1. th. 13.* ipsa quidem in persona Actoris radicatur, statim atque is aliam ratione hujus Juris sibi obligatum habet: *l. licet 42. §. 2. ibiq. Dd. de Procur.* quod in realibus quidem actionibus fit, postquam res ab alio verè vel quasi possessa est: *l. un. C. de alienat. Iud. mut. causa. l. 9. l. ult. de R. V. l. 24. §. 2. de Iudic.* In personabilibus verò, simulac vel delictum contra Actorem commissum, vel contractus perfectus, ejusve conditio extitit. *l. cedere 213. de V. S. ibiq. Gædd. l. 25. ff. de O. & A.* Quò tamen Actio ipso actu in Judicium deducatur, ita ut in eodem de illa lis sit; etiam in illis quæ non ex facto seu delicto *d. l. 25.* principaliter oriuntur, Actor intendere necesse habet, factum aliquod, instar Delicti, ex parte fugientis seu Rei intervenisse, quo cessaverit dare vel facere id, ad quod obligatione adstringebatur, eidem quovis modo contraveniendo.

*Actiois  
Considera-  
tio duplex.*

II. Actoris siquidem Intentio duobus essentialibus membris constat: nimirum, Jure suo, & Injuriâ rei; *Althus. l. 3. Di. caol. c. 7. n. 5.* quem sibi quæritur non præstitisse id, quod vinculo obligationis præstare tenebatur, legibus nimirum ita jubentibus; quippe quæ omnes Cives ad sui Scientiam, *l. 9. C. de LL. obedientiamque, aut pœnam l. 7. ff. eod.* obligant. Hinc cum omnis Actio sit ex legibus; *l. 2. §. 6. de O. I.* ad illam in litem deducendam non sufficit, eandem in Jure Actoris, Rei que ob-

*Actio in  
Judicium  
deducta  
fundatur  
in duobus.*

A liga.



ligatione radicatum esse; sed præterea hoc Jus violatum, adeoque in præcepta legum commissum esse, proponi necesse est: eaque de re postea in Judicio, quod in Actoris Intentione, & Rei contradictione fundatur, *l. rem. 14. § 1. C. de iudic. disceptatur.*

*Delictum  
in quo respectu Rei  
fundatur  
actio, duplex.*

III. Sicuti autem præcepta legis, pro duplici ejus virtute, tum imperandi, tum vetandi, *d. l. 7. de LL. Meisnerus diss. de LL. l. 1, q. 5.* duplicis sunt generis; alia quidem affirmativa, alia verò negativa: Meisner. *d. diss. l. 1, q. 6.* Ita Delicta, quæ contra Leges fiunt, etiam duplicia sunt; nimirum, vel Commissionis, quibus contra Negativum; vel omissionis, quibus contra Affirmativum legis præceptum peccatur. Hæc tamen, siquidem circa id, quod ratione Juris in re constituti, vel Contractus, alterum alteri præstare convenit, fiunt; *l. 49. ff. de O. & A.* non tam frequenter Delictorum, quàm Culpæ in negotium incidentis nomine *l. 23. de R. iur. l. 226. de V. S.* censentur, adeoque nec contra eadem speciales sunt proditæ Actiones, sed officio Judicis, eoque ut plurimum alii actioni subserviente *l. 49. de Act. Empt.* vindicantur. Et hinc est, quod ex *L. Aquilia*, non tenetur quis de Culpâ, quâ omittendo: *l. 13. §. 2. de usufr.* sed eâ demum, quâ committendo damnum dedit: Sicuti ex adverso in principali actione, sive in rem, sive personali ex contractu Delictorum non nisi omissionis, & prout quâ talia considerantur, ratio habetur.

*Delictum  
Mora.*

IV. Cæterum inter illa Delicta omissionis, quæ officio Judicis vindicantur, non ultimum obtinet locum **MORA.** (quippe quæ attestante Ferreto, tam latè patet, ut omnes obligationes persequatur, & per omnes partes quasi Corporis Civilis effundatur & erret) quatenus nim: non nudam duntaxat, & simplicem cessationem, lapsum temporis & dilationem (qualiter accipitur in *l. 79. pr. de Condit. & Demonstr. l. 21. de iud. l. penult. de Vi & Vi armat. l. pupill. 127. de V. O.* aliisque locis infinit) Sed eam iniustam, & cum culpa conjunctam, *l. 21. 22. l. 32. de usur. &c.* (quo sensu etiam frustratio dicitur, in *l. 3. §. fin. de usur. l. 37. ff. Mand. l. 89. §. 1. ff. ad L. Falcid.*) significat.

*Definitio  
Mora.  
Mora est  
Culpa.*

V. Est autem **MORA** culpa, omittentis solvere debitum. VI. Moram Culpæ subordino, cum *Hottom. in tr. analyt. de Mora. Forcat. tr. de Mora. p. 1. n. 1. Cujac. in paratitl. ad tit. de usur. nec non ad Africanum tr. 8. ad l. 37. ff. Mand. Bachov. vol. 2. d. 3. th. 6. l. C. in f.* etsi enim quandoque Dolus Moræ causam præ-

præbeat, ut in Delictis ( Furto Rapina &c. ) quibus reipsa in Mora constituitur Debitor; attamen cum ejusmodi Debitor, plus quam Moram committat, & dupliciter peccet, primò Dolum tum Moram committendo; non inde efficitur, quo minus hujus respectu, in culpa sit positus, qui post dolum commissum, rem ipsam, sive eam perempta ejus æstimationem solvere negligit: cum quod pluris est, utique tanti sit, l. 9. de in litem. iur. nec qui dolo fecit, quo minus rem sua die præstare possit, continuo Moræ reus est, l. 91. pr. de V. O. quæ ante diem committi nequit; §. si quis 33. l. de Action. l. 38. §. 16. de V. O. l. 17. de R. I. l. quod certa 70. ff. de Solut. sed doli, qui obligationem ad tempus, quo solvendum est, perpetuat. l. si servus 91. pr. & §. 3. de V. O. Bachov. ad Tr. vol. 2. disp. 3. th. 3. l. C. in fin. quæ perpetuatio Moram certè non fieri per Delictum, sed eidem cohærente facit. Ferret. tr. de Mora. Unde rectè Molinæus tr. de eo quod interest, n. 156. ex ejusmodi Dolo Moræ cohærente, ut ex Delicto separato, novam & separatam obligationem oriri statuit.

VII. Cum igitur Mora Culpæ species sit, ideo immu- nis à Culpa à Mora quoque est immunis, l. pecun. 9. §. fin. ff. de Usur. & excusatur, si differendi justam habeat causam; sive expediendæ interim solutionis: intra modicum nempe tempus, quod omnibus indulgetur. l. 105. de Solut. l. si Debit. 21. de iudic. l. 21. §. 1. de Constitut. pecun. l. si quis 5. §. 1. de Collat. l. 21. de Usur. Manzius in patroc. Debit. Decad. 1. qu. 7. num. 19. Sive bonæ fidei: ob quam ad Judicium provocat, l. qui sine 63. de R. I. l. 24. 27. de Usur. l. 40. in f. pr. de Hæred. pet. Mora siquidem in debito illiquido non contrahitur. Gail. 2. obs. 19. n. 8. nec ubi Exceptio locum habet, l. lecta 40. in f. de reb. Cred. l. 88. l. 55. de R. I. c. non est de R. I. in 6. Manzius d. tr. dec. 4. q. 9. n. III. vel Compensatio. l. 8. de Except. Doli. Sive Impedimenti Legi- timi; quod evitari vel nequeat, l. 17. §. 3. de Usur. l. 9. l. 23. cod. vel difficulter queat, l. 3. §. 3. de Act. Empt. l. 5. de reb. Cred. l. 2. §. pen. si quis caut. iud. sissi &c. l. 47. pr. l. 39. pr. de Leg. 1. cum difficultum eadem, quæ Impossible sit ratio, l. si fam. 55. ff. Fam. herisc. l. nepos. 125. de V. S. c. sufficiat 15. caus. 22. quest. 2. quoad præstationis nimirum seu solutionis præsentis Effectum, non verò quoad validitatem Obligationis, quæ propterea non tollitur. l. 2. §. 2. de V. O. l. continuus 137. §. 4. ff. cod. Tenetur enim difficultate impeditus, ad æstimationem Justam, l. non dub. 14.

Qua excu- sent à Mo- ra?

An diffi- cultas excu- set?

§. 2. de Leg. 3. l. vinum 22. de reb. Cred. l. si domus 71. §. 3. de Leg. 1. vel interdum rem similem præstandam. l. si quis 9. pr. ff. Locat.

VIII. Excusatur autem difficultate, sicuti promissor speciei, ita non minus Debitor Quantitatis: arg. l. Thais 41. §. 1. de Fidei. comm. libert. item arg. d. l. contin. 137. §. 4. de V. O. nihil enim illi imputari potest, qui solvere etsi vellet, non potuit: l. cum quidam 17. §. 3. de Usur. c. imputari de R. l. in 6. Arum. cap. 6. n. 22. Forcat. p. 3. n. 3. nisi solutionem fieri à se non posse vel prævidit, vel prævidere potuit, debuitve. l. pen. ff. de Iure Dor. l. cum post 43. §. 1. ff. de admin. Tut.

*An Mora  
cadat in  
Credito-  
rem?*

IX. Hæc Culpa propriè Debitorem afficit. Moræ enim reatus in Creditorem non nisi impropiè cadit, quippe qui rem debitam licet opportunè oblatam non recipiendo, nihil in Debitorem delinquere, adeoq; nec ei ex Mora obligari videtur, quod sicut in oblatione reali, quam sequitur Obsignatio & Depositi- tio, extra dubium est, cum sit loco solutionis, l. 72. pr. de Solut. l. 19. C. de Usur. l. 9. C. de Solut. & perinde ac solutio Obligatio- nem perimat, d. l. 9. l. si rem 9. §. ult. de Pignor. Act. adeoq; Mo- ram, per quam Obligatio perpetuatur, l. si ex leg. 23. l. nemo 82. §. 1. l. 91. de V. O. Gædd. de contrah. & commit. stipul. cap. 11. n. 33. nec non ad l. 12. §. fin. de V. S. inducere non possit: Ita ratio nulla esse videtur, cur verbalis oblatio dum Debitorem à Mora libe- rat, vid. infr. th. 52. eo ipso hoc operetur, ut eidem Creditor eo- dem Culpæ genere teneatur, adeoque dum Jure suo quod in li- berâ rerum suarum administratione & arbitrio consistit, utitur, in Debitorem delinquat.

X. Quoties igitur Leges Moræ Creditoris mentionem faciunt; ut in l. 72. de Solut. l. illud 17. de Peric. & Comm. rei Ven- dit. &c. toties id ipsum non de Mora, qua de nos agimus, sed de simplici potius cessatione, lapsu temporis & Dilatione, de qua sup. th. 4. dictum exaudiendum est: prout & Effectus, quos ad Moram Creditoris pertinere vulgo volunt, nempe liberatio- nem Debitoris à rei interitu; à præstatione fructuum & usura- rum; Actionis denegationem; non Moræ Creditoris propriè, sed vel solutionis, vel cessantis Moræ in Debitore effectus sunt: æquè atque illud; quod post Moram Creditoris Debitorem tan- tum dolum, non verò culpam præstare dicunt: per l. 9. ff. solut. matrim. l. illud 17. ff. de Peric. & Comm. rei Vend. peremptâ si- quidem

quidem obligatione, vel Debitore extra Moræ Effectus consti-  
tuto, ad diligentiam, quam Contractus natura requirit, & cujus  
intermissio in Culpa constituit obligari amplius nequit.

XI. CONTRAHITUR autem Mora, simulatque De-  
bitor, qui solvere cessat, certus est vel esse debet, de voluntate  
Creditoris, quod is solutionem sibi tunc præstari velit; *l. 5. ff. de  
reb. Cred.* nam hic demum amplius moneri non debet. *c. eum qui  
certus de R. l. in 6.* Hinc quandiu patientiâ Creditoris rem sol-  
vendam adhuc possidet, bona fide possidet, *arg. l. qui ad 14. ff.  
Locat.* adeoq; pro moroso, seu quod idem est frustratore, *l. 3. in f.  
de Usur. l. 37. in f. Mand.* ante haberi non potest, quâ interpellatus.

Mora con-  
trahitur  
per Inter-  
pellatio-  
nem.

XII. Interpellatur autem Debitor vel per Creditorem,  
*l. 32. ff. de Usur.* quam Interpellationem vulgò Dd. regularem &  
ordinariam vocant, & Mora quæ inde contrahitur ex P E R S O-  
NA contrahi à ll. dicitur. *d. l. 32.* Vel per ipsam legem: quæ  
interpellatio Dd. extraordinaria & irregularis, Forcatulo p. 1.  
n. 7. & Bachov, *d. disp. 3. th. 6. l. C. Legalis* appellatur: Leges  
verò per eam, ex R E I P S A, moram committi dicunt. *d. l. 32. l.  
3. C. in quibus causis. l. 5. de Minor. l. 26. §. 1. de Fideicom. libertat. l.  
fin. C. de Cond. ob turpem caus. l. 3. §. 2. de adim. legat.*

Interpella-  
tio fit du-  
pliciter. &  
hinc Mora  
duplex.

XIII. EX P E R S O N A itaque Mora regularis contrahi-  
tur, per Interpellationem factam à Creditore, vel per seipsum  
vel per alium *l. 20. §. 11. de Hæred. pet. l. 24. §. ult. ff. de Usur. De-  
bitori; l. 23. de V. O. l. si penum 24. Qu. dies Legat. l. 16. §. fin. de  
Fideiuss.* opportuno tamen loco & tempore; *d. l. 32. l. 1. & tot.  
tit. de eo quod certo loco;* nec non seriò: nimirum vel testatò, *l.  
122. pr. de V. O.* vel tamen instanter, *d. l. 32. §. 1. l. 2. §. 32. ad  
Sctum Tertyll.* ut Debitor intelligat se Jare oportere. *l. 5. de reb.  
cred.* Ubi enim ad priorem patientiam statim redierit Creditor,  
vel dilationem denuo concesserit, Mora commissa non censebi-  
tur: *Ferret. de Mora. Bachov. d. disput. 3. th. 6. l. D.* quæ alioquin  
statim à prima interpellatione, *Bachov. d. loco.* eaque vel unicâ,  
*arg. l. Titia 87 §. 1. de Leg. 2. l. 23. de V. O. l. 72. de solut. juncta l.  
boves 89. §. 1. d. V. S. Aram. c. 5. n. 16. Forcat. p. 1. n. 9. Kitzel. de  
oblig. mutui. c. 9. n. 53. & seqq.* Debitorem obligat.

Mora re-  
gularis ex  
Persona.

XIV. Non igitur ut Judicio fiat hæc Interpellatio, requi-  
ritur; præterquam quando ad solutionem Decretum Judicis in-  
tervenire necesse est; ut in casu *l. 44. de damno infect.* nec non  
*l. 22. C. de administr. Tut.* in solvendis rebus pupilli vel minoris

Quando  
requira-  
tur Inter-  
pellatio Ju-  
dicialis &

à Tutore & Curatore, Gædd. d. tr. c. 11. n. 65. Arum. c. 9. n. 15.  
*Quibus ca-* Et pupillus quidem, etiam ubi Decreto opus non est, ut quan-  
*sibus Cre-* do ex facto alterius obligatur, l. 5. §. 6. de rebus eorum qui. aliisq;  
*ditor non* casibus, non nisi Tutore auctore, interpellandus est, ut Mora  
*ipse inter-* Creditori committatur. l. 38. ff. de Minor. l. 24. de V. O. sicut nec  
*pellatur?* ad Debitorem ipsum ut fiat Interpellatio, tunc est necesse. l. sed  
si 23. de Usur. quando qui conveniatur non extat: sed sufficit,  
congruo loco & tempore facta testatio, l. 2. ff. de Naut. fœnore.  
quæ pro Interpellatione est. Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 3. th. 6. l. C.

*Mora ex*  
*Re.*

*qua con-*  
*trahitur.*

*1. In liber-*  
*tate Fidei-*  
*commissa-*  
*ria.*

*2. In Dote*  
*promissa.*

*3. In Debi-*  
*tis Mino-*  
*rum.*

*An in Con-*  
*tractibus*  
*ultracitro-*  
*que obliga-*  
*toris. Ma-*  
*ioribus ex*  
*re Mora*  
*contraha-*  
*tur?*

XV. Ex REIPSA verò Mora Creditori committitur,  
l. 32. pr. de Usur. l. 26. §. 1. de fid. libert. l. ult. C. de cond. ob turpem  
caus. l. 5. de Minor. solo tempore tardæ solutionis: l. 3. Quibus  
caus. rest. in Integr. d. l. 26. §. 1. de Fideicommiss. libert. frustra enim  
admonitio alia expectatur lege solutionem requirente. l. 2. C. de  
Iure Emphyteut. Interpellat autem de Solutione Debitorem  
Lex, ex speciali favore: I. pro eo, cui libertas fidei commisso  
est relicta. l. cum verò 26. §. 1. & 4. l. 15. C. de Fideicommiss. libert.

XVI. II. Pro eo, cui Dos promissa est, sed non ante,  
quàm post exactum biennium. l. fin. §. 2. C. de Iur. Dot.

XVII. III. Pro pupillo & minore: in Contractibus  
bonæ fidei, nec non iis; qui ipsorum naturam habent. l. 3. C.  
Quib. caus. restit. &c. l. curabit §. C. de Actio. Empt, Mora au-  
tem ita contracta, cum ipsa minori ætate durat, & deficiente  
ipso Jure deficit. l. Titia 87. §. 1. de Leg. 2. instar reliquorum be-  
neficiorum personalium. l. 68. de R. I. Idem ex rationis idendi-  
tate extenditur ad eos, qui minorum Jure utuntur: Ecclesiam  
nim: c. 1. c. auditis extra de in Integr. rest. Covarr. var. resolut. c. 7.  
n. 4. Ferret. tr. de Mora. Arum. c. 4. n. 5. Item Rempublicam &  
Fiscum. l. cum quidam 17. §. 5. de Usur. l. 20. §. 11. de Hæred. petit,  
supra dd. Ferret. & Arum. n. 8.

XVIII. Cum igitur speciali favore Minoribus sit da-  
tum, ut in Contractibus bonæ fidei Mora iisdem ex re ipsa cur-  
rat; perperam hoc ipsum extenditur à plerisque Dd. ad Majo-  
res, in Emptione, Venditione, nec non iis Contractibus, qui  
ultra citroque sunt obligatorij, ut nim: Contractu unius ex par-  
te impleto, alter in Mora constituatur: ex eo potissimum fun-  
damento, quod tunc Usuras statim deberi passim in Jure nostro  
notatur. In quo parem eorum causam faciunt cum Minori-  
bus, cum & illis Mora ante non committatur, quàm Contra-

Etus

ctus ipsorum ex parte impletus sit: & aliter Jus petendi non habeant, l. 13. §. 8. ff. de Act. Empt. junct. l. nulla 88. de R. I. quàm si ipsi contractum implere parati sint.

XIX. Sed verius est, ut cum Bachov. d. Disp. 3. th. 6. l. C. statuam, in Majoribus demum ex æquitate hoc esse constitutum, l. 13. §. 20 de Action. Empt. l. 2. C. de Usur. ut propter compensationem fructuum, si quos percepit Emptor; l. 5. C. de Act. Empt. l. 16. §. 1. de Usur. nec non propter usum pecuniæ in aliis contractibus, l. 1. §. 1. de Usuris l. 60. pro Sociol. 10. §. 3. Mandat. l. qui sine 38. de Neg. gest. usuræ ipsis debeantur; non ex eo, quod sicuti minoribus, ita & ipsis, Mora statim re ipsa committatur. d. l. 5. C. de Pactis inter Empt. l. 5. C. de de Act. Empt. l. 1. §. 1. de Usur. Si quidem LL. expressè, etiam in hisce Contractibus, à Majoribus initis, ad Moram contrahendam Interpellationem Debitoris requirunt. l. illud 17. ff. de Peric. & Com. rei Vend. l. 6. in f. junct. l. 7. (ubi usus pecunia manifestè à Mora separatur) ff. de Pign. Act. adde l. 3. §. 4. de Contr. Tut. l. 12. §. 9. Mand. Quin & mora per oblationem nudam sublatâ hæ usuræ nihilominus currunt: l. 1. in f. de Usur. l. 28. in f. de admin. Tut. l. 18. §. 1. de Usur. Sola enim oblatio perceptionem fructuum, aut præsumptionem Usus non tollit. Bachov. vol. 2. disput. 3. th. 10. in fin.

XX. IV. Lex Creditoris vice contra Debitorem fungitur, interpellando pro eo, cujus res furto aut vi sublata est. l. ult. C. de Cond. Furtiv. l. ult. C. de Cond. ob turpem caus. l. pen. de Vi & Vi arm. Cum enim non nisi invito Domino furtum aut rapina committatur, §. 8. l. de Oblig. quæ ex Del. adeoq; nulla patientia Domini, (quæ ut sup. th. 11. d. Moram cessare facit) hinc versetur, aut locum habeat; ejus Interpellationem Leges supervacaneam existimantes, ex re moram hoc casu contrahi voluerunt.

4. In rebus furto aut vi sublati.

XXI. V. Eodem modo Lex pro Creditore interpellat in obligationibus faciendi, Debitorem ipso Jure & ex solo tempore tardæ solutionis, in mora constituens, l. 16. in f. de Constit. pecan. l. 24. de oper. libert. Arum. de Mora. c. 4. n. 41. Cum enim nemo ad faciendum præcisè cogi possit, l. 71. §. 2. de Cond. & Demonstr. hinc Lex conventionem ex mente contrahentium ita interpretatur, ut nimirum, quod promissum est fiat, & nisi fiat, præstetur id quod interest: l. 68. l. 81. de V. O. l. 13. l. 13. in f. ff. de re iud. l. ult. si quis in lus vocat. Bachov. vol. 2. disput. 3. th. 7.

5. In Obligationibus faciendis.

th. 7. l. D. nec non th. 8. l. C. Gædd. de contrah. & committ. stipul. c. 9. n. 30. & 32. adeo ut simulac tempus effluerit, quo factum vel opus inchoatum; secundum sententiam Sabinianorum, l. 72. in fin. de V. O. vel perfectum; secundum mentem Proculianorum, l. 14. eod. esse oportuit, Cujac. ad l. 14. de V. O. Lex posteriore obligatione propter Moram (quam ipso Jure incurrere facit Debitorem, l. 72. in f. l. 135. §. 2. in f. l. 114. de V. O. l. et si post 8. si quis caut.) commissâ, tacitam qu; Novationem prioris inducat, l. 44. in fin. de O. & A. ita, ut præstatio ejus quod interest, confestim in petitionem veniat, quemadmodum statuit Gædd. d. cap. n. 48. & seqq. nec non Bachov. vol. 2. disp. 27. th. 1. l. B. item in D. 4. de Actio. th. 1. l. B. (ubi tamen admittit, factum nihilominus in petitionem deduci posse: per §. 1. §. 15. l. de Actio.) quamvis in Conditione solvendi maneat ipsa facti præstatio. l. 84. 98. §. fin. l. 137. §. 3. de V. O. Quodidem evenit in Obligationibus iis, quæ factum solùm admixtum habent. E. G. si certo loco dari convenit, l. 73. de V. O. ut statim Mora ipso Jure committatur. l. 2. in f. l. 8. & tot. tit. ff. de eo quod certo loco.

An in Obligationibus Conditionalibus Mora ex re contrahatur?

XXII. An autem in Obligationibus conditionalibus, ex re ipsa, seu solo conditionis eventu, citra Interpellationem Mora committatur? Quæstionis est, expeditioris tamen: Communiter namque circa eandem, Dd. quos allegant Arum. cap. 5. n. 7. nec non Bachov. d. disp. 3. th. 7. l. D. concludunt, in Obligatione, quam conditio suspendit, absque Interpellatione moram non contrahi: quia conditionis existentia, Obligationem demum inducat; l. cedere diem 213. de V. S. l. 13. §. 5. de Pignor. Dd. in l. quoties 59. de V. O. absurdum autem sit, ut quis eodem puncto quo obligatur, etiam in Mora constituatur. l. 105. de Solut. §. fin. l. de Inutil. stipul.

An in Obligationibus in diem?

XXIII. Illa intricatior Quæstio est: An in Obligationibus in diem, solo temporis lapsu, Mora contrahatur? Verùm cum & in illis dies solutioni adjectus, faciat, ut tunc demum Creditor cum effectu experiri, Debitor autem conveniri possit, §. omnis 2. l. de V. O. sup. d. l. 213. d. V. S. nec minus absurdum sit, eum simul in Mora Debitorem constituere: idem cum Bachov. d. l. nec non Ferreto, circa eandem statuendum arbitror. Siquidem perinde atque ibi Obligationem Conditio; ita hîc Jus agendi dies adveniens demum purificat, & ejus causam Obligationi puræ parem facit; ut nimirum sicuti in purâ obligatione, confestim

festim eodem die quo contractum est, agi potest: ita etiam in diem contracta Obligatione, eadem adveniente peti possit: d. §. 2. l. de V. O. l. 118. §. 1. ff. eod. non verò pro jam petito habeatur. Addo: quod non potest pro frustratore seu moroso haberi, qui patientiâ Creditoris rem solvendam adhuc tenet; nec Creditor, cujus patientiâ post diem solutioni dictum, res penes Debitorem mansit, hunc se frustratum queri: Ut adeo vel hinc appareat, ad Debitorem hoc casu in Mora constituendum, omnino Interpellatione opus esse; nec ratio sit, cur intra Exempla & casus, Moræ ex re contractæ, in ipso Jure expressos non maneat, cum nusquam proditum sit, ex tempore Moram contrahi. Hocque obtinet, sive expressa, sive tacita dies solutioni adjecta sit, Bach. d. disp. 3. th. 7. l. D. ut in stipulatione fructuum futurorum, vel partus in utero existentis. l. 73. de V. O.

XXIV. Alia ratio est earum Obligationum quæ diem & pœnam habent, in quibus si die conventa datum non sit factumve, statim citra Interpellationem pœna, l. ad diem 77. de V. O. l. magnam 12. C. de Contrah. stipul. & quidem ex Conventionione, l. §. fin. l. 8. de V. O. non verò Morâ committitur. Ferret. Nam hic duæ sunt Obligationes, altera dandi altera pœnæ; Illa pura, hæc Conditionalis. l. 44. §. fin. de O. & A. Gædd. d. c. 9. n. 6. Hinc Obligatione principalis Debiti, quâ tamen Mora purgatur. vid. infr. th. 52. pœna illa purgari non potest. l. traject. 23. de O. & A. l. magn. 12. C. de Contrah. stipul. Quin nec modicum temporis, de quo in l. 105. de Solut. l. 21. §. 1. de Constit. pecun. nec alia quælibet justa differendi causa, quæ à Mora excusat, facit, quo minus ea ipsa die, in quam convenit, pœna committatur. l. ad diem 77. de V. O. l. fin. ff. de Naut. fœn. l. 22. ff. ad L. Aquil. Gædd. d. c. 9. n. 5. Ioh. Saporita. c. 2. n. 53. Quod sicut Moræ, quæ inculpata esse nequit, l. 9. §. 1. ff. de Usur. tribui non potest; ita ex conventionione ut sit necesse est: Extitit enim Conditio, cum statim certum sit, die conventa datum non esse; adeoque statim etiam pœna committitur.

An in Obligationibus quæ diem & pœnam habent?

XXV. Quod tamen in reliquis stipulationibus sive puris sive conditionalibus, quæ pœnam sine die adjectam habent, secus est; Etsi enim & in illis pœna ex Conventionione debeatur, tamen non potest dici datum non esse, adeoque conditio pœnalis Obligationis extitisse, quandiu interpellatio & Mora non intercessit. Sufficit itaque in his ad pœnam excludendam, da-

Quid in his Obligationibus quæ pœnam sine die habent?



tum vel factum esse ante Moram: *l. 21. in f. & l. 22. ff. de recept. arb.* at in iis quæ pœnam & diem habent, datum esse ante moram non sufficit; sed die conventa datum esse oportet, ut *Conditio extitisse, & pœna commissa non dicatur, Bachov. d. disp. 3. th. 7. l. D. Forcat. p. 3. n. 20. 21. & 26.*

*Effectus  
Mora.*

XXVI. EFFECTUS Moræ est, quod perpetuat, & producit obligationem. *l. si servum 91. §. 3. 4. l. 23. de V. O. l. 21. 23. de Constit. Péc. Gædd. d. c. 11. n. 33.* Perpetuat autem eandem ratione rei principalis in illam deductæ: *dd. ll. ad quod spectat (1) periculum Interitus & deteriorationis, quod Debitor morosus præstare tenetur. Cùm enim aliàs per Interitum Rei, quæ in obligatione consistit, ipsa obligatio tollatur & extinguatur, l. 83. §. 7. de V. O. l. 98. §. 8. de Solut. l. 69. l. 103. de V. O.* Mora efficit, ut perinde ac in tantum teneatur Debitor, in quantum, si salva ac integra res extaret, teneretur; ad ejus nimirum æstimationem præstandam, *l. 30. §. 1. de Iurejur. d. l. 91. l. 49. pr. l. 127. l. 23. l. 82. de V. O. l. 5. de Reb. Credit.* Tum & producit eandem ratione accessionum; dum facit, ut rei debitæ accedat id, quod Creditoris fuisset, si mora facta non esset, pro natura cujusque negotij & Actionis. *Gædd. d. c. 11. n. 116.* Cujusmodi accessio est (2) æstimatio quanti plurimi; ut nimirum res, quæ simpliciter aliàs præstanda venit, debeatur, quanti à tempore Moræ crevit & plurimi fuit. Talis etiam accessio (3) sunt Fructus & Usuræ: *l. 32. 34. ff. de Usur.* quatenus nimirum natura & Interpretatio Actionis, restitutoriæ nim: vel bonæ fidei eadem admittit, *l. videamus 38. de Usur. & officium Judicis inducit. §. 2. l. de Off. Iud. l. 49. §. 1. de Action. Empt. l. 4. C. Depos. l. 54. ff. Locat. Cond. Bachov. vol. 1. disp. Tr. 23. th. 4. in fin. denique (4) ejusmodi accessionis Jure censetur, id quod interest. l. 13. ff. rem rat. hab. (de quibus sigillatim in seqq.)*

*Pœna ejusdem tam extra Conventionem quam Conventionales.*

XXVII. Namque sicuti Mora quæ Delictum est, ita pœnæ vicem obtinent hæc singula in præced. thes. enumerata; ut nominatim videre est, in Usuris ex Mora debitis, *l. qui sine 38. in f. ff. de Neg. gest. nec non eo quod interest. l. fin. ff. de eo quod certo loco. l. un. C. de Sentent. qua pro eo quod interest. & æstimantur, vel simpliciter, non factâ conventionem, vel per conventionem partium; quo casu in specie pœna Contractui adjecta dicitur, & regulariter de ea solâ, non verò, An & Quanti Creditoris intersit quæritur. l. 38. §. 17. de V. O.*

XXVIII.

XXVIII. Prædicti autem Effectus communes sunt, tam Moræ ex Persona, quàm ex re ipsa commissæ. Quare etiam ex re moram quovis modo contrahentem, periculo Interitus obligari statuo. Cum enim maximè Moræ proprium sit, perpetuare obligationem, ut præced. thes. 26. d. non potest sanè dici Interitu rei ab ea præstanda liberatus esse, cujus adhuc obligatio durat: Idque sicuti expressum ll. in mora illa, quæ in rem furto aut vi ablatam committitur; l. 8 §. 1. l. ult. de Cond. Furt. l. fin. C. de Cond. ob turpem caus. l. 1. §. 34. de Vi & Vi arm. ita in reliquis par ratio, & eadem Juris dispositio, generalis nempe legis 91. §. 3. de V. O. militat. cum quod nomen habet, Effectum nominis. bene debeat. l. 4. C. de Feriis. Adde, quòd iniustum foret, iis, qui legis interpellatione & beneficio sunt securi, ejus facto, rem perire.

I. Effectus Præstatio periculi. An ex re moram contrahens periculo Interitus obligatur?

XXIX. Quod autem dictum est, periculo teneri quemvis Moratorem; id ipsum LL. æquitate temperarunt: Ferret & Hottom. d. tr. de Mora. Ut si res eodem modo apud Creditorem peritura, vel deterior futura fuisset, (E. G. si eam non foret distracturus) periculum ejus ad Debitorem non spectet; cum Creditoris nihil intersit rem habuisse, neque stet per Debitorem, quo minus eam habeat salvam, l. 14. §. ult. Depof. litem si 15. §. 3. de R. V. l. 12. §. 4. ad Exhib. l. 47. §. fin. de Leg. 1. l. 40. pr. de Hæred. pet. l. 83. §. 7. de V. O. Bachov. ad Tr. vol. 2. d. 3. th. 8. l. A. B. Arum. c. 8. n. 2. Improbis autem Possessor ut Fur & Raptor, indistinctè de periculo tenetur: quòd eorum odio à ll. constitutum, d. §. 34. l. pen. de Vi & Vi arm. l. in re 8. ff. de Cond. Furt. l. subtracto 9. C. de Furtis.

An periculum Interitus præstet Debitor, quando res eodem modo apud Creditorem peritura fuisset?

XXX. Re itaque post moram Debitoris perempta, ipsa quidem adhuc in petitione est, l. 91. §. ult. de V. O. l. si quis 52. §. 28. de Furtis. in solutionem autem æstimatio ejus venit: l. 23. 24. de V. O. l. promiss. 23. de Constit. pecun. l. 5. §. ult. de in lit. Iur. quæ faciendæ est, habita ratione non solum bonitatis intrinsecæ, quantò melior res ipsa facta fuerit; verum etiam extrinsecæ, quanti valor seu precium ejus creverit. Illa locum habet, si species debeatur; ejusque ratio ita initur, ut siquidem res interierit, ejus æstimatio talis præstanda sit qualis fuit tempore Interitus; si verò deteriorata fuerit, sive ante sive citra Interitum, qualis ante deteriorationem. Quemadmodum ubi res extat, æstimatio fieri debet, quanti melior facta est, usque ad Sententiam. l. 3. de Cond. Tritic. Kitzel, de Obligat. Mutui. c. 9. n. 23.

II. Effectus. Aestimatio quanti plurimi. Bonitas intrinseca quomodo aestimetur?



Bonitas  
extrinseca  
quomodo?

XXXI. Extrinsecæ verò bonitatis ratio, sicuti Mora non interveniente, una eademque est; ad tempus nempe quo res solvenda est, vel in ipso Contractu præfinitum, vel quo interpellatus est Creditor, & sive auctum sive deminutum fuerit precium, Dd. in l. 3. de reb. Cred. referenda. l. vinum 22. de reb. Cred. l. fin. ff. de Cond. Triticar. l. 59. de V. O. Ita ubi Mora intercessit variat & augetur, Quanti nimirum plurimi fuit unquam: l. 8. §. 1. de Cond. Furt. per rationem ejus legis. l. pen. ff. rerum amotarum. Molin. tr. de eo quod interest. n. 103. Arum. c. 8. n. 5. seu quanti crevit ejus valor à tempore Moræ. l. si sterilis 21. §. 3. ff. de Act. Empt. licet postea desierit, molin. d. tr. n. 99. usque ad tempus quidem Condemnationis, in bonæ fidei Judiciis. l. 3. §. 2. Commod. litis verò contestatæ in stricti Juris: d. l. 3. Treutl. vol. 1. disput. 24. th. 2. l. G. cum in eadem aliud non veniat, quàm quod tempore litis contestatæ jam in illis est. Bachov. vol. 1. disput. 20. th. 13. lit. B. vid. etiam Gædd. c. 11. n. 94. 95. & seqq. Idque certa ratione introductum est, ne vid. Frustratori mora sua lucrosa. l. 37. Mand. Creditori verò damnosa sit; qui omne id emolumentum, quo crevit rei æstimatio habere; d. l. 21. §. 3. & rem tempore, quo maximò venit, vendere potuisset. l. 47. §. fin. ff. de Leg. 1. Facit, quòd Mora obligationem perpetuat, ut res non minus debeatur & solvenda sit tunc, quando est plurimi; quàm postea quando est minoris: l. 90. §. 3. de V. O. d. l. 8. §. 1. de Cond. Furt. neque Creditori Jus suum quæsitum auferri debeat.

Re extante  
qualiter  
fiat æsti-  
matio?

XXXII. Hæc autem æstimatio quanti plurimi non solum re perempta, verum etiam extante adhuc post moram commissam locum habet, & quidem ut vel æstimetur solum id, quo ultra præsens rei precium res tempore durantis Moræ fuit plurimi: (quod in l. 21. §. 3. ff. de Act. Empt. Utilitas circa rem, Ferret. ad l. un. C. de Sentent. que pro eo interest. Molin. d. tr. num. 96. Bartolo verò & vulgò Dd. allegatis à Bachov. d. disp. 23. th. 4. l. C. nec non Forcatulo de Mora. p. 2. n. 2. Interesse Intrinsecum dicitur, & ab æstimatione rei principalis secernitur. d. §. 3.) cum re ipsa restituendum. Forcat. d. part. 2. n. 2. nec non num. 8. Vel totum una æstimatione comprehendatur, & ita Interesse suum (quo sensu magis frequenter ut in l. 1. pr. l. 30. §. 1. de Action. Empt. accipitur, vid. Molin. tract. de eo quod interest, num. 8. in f.) consequatur Creditor.

XXXIII. Quamvis enim hic ipsa res non æstimatio  
ejus,

4  
86

eius, & quidem multò magis, quàm cum illa perit in petitione sit, l. 8. ff. de Cond. Furt. minus tamen principaliter id quod interest, & in petitione, d. l. 1. de Act. Empt. & in adjudicatione est: l. 11. §. 9. ff. eod. si nimirum Debitor rem tradere nolit, dd. ll. l. 5. ff. de in lit. iur. Bachov. de Action. d. 1. th. 46. etiamsi facultatem ejus habeat; l. 10. pr. Quib. mod. pign. solvitur. l. 4. C. de Action. Empt. l. 17. C. de Fid. Instrum. vel culpâ sua re in alium translata amiserit, l. 15. C. de R. V. l. 68. §. ult. de R. V. Neque enim præcisè ad traditionis factum cogendus quis est, præsertim in personalibus Actionibus, sicut & aliàs præcisè ad faciendum quis cogi nequit. l. Titio 71. §. 2. de Cond. & Demonstr. Bachov. vol. 2. disput. 27. thes. 1. lit. L. neque qui interesse suum consequitur, queri potest, satisfactum sibi non esse; neq; audiri debet, eò quòd ejus amplius nihil interest. l. 2. §. 3. de Dol. mal. Exc. Satisfactionem autem semper sequitur absolutio. §. fin. l. de Perpet. & temp. Act.

An Debi-  
tor præcisè  
teneatur  
rem trade-  
re?

XXXIV. Præter hæc de fructibus etiam tenetur, qui Moram commisit: Fructuum autem nomine venit, quidquid ex rei corpore percipitur; l. 25. §. 1. de Usur. l. 9. pr. l. 59. de Usufruct. ut fructus qui nascuntur. dd. ll. & fœtus, §. 37. l. de R. D. l. equis 8. & 39. ff. de Usur. vel aliàs ejus usu consueto habetur: l. 15. §. 1. de Usufr. ut sunt operæ serviles, §. 3. l. de Usu & Habit. l. pen. l. 17. §. 1. de R. V. Vecturæ navis, Jumentorum, l. 62. de R. V. l. 39. §. 1. de Leg. 1. & c. nec non pensiones rerum quæ locari solent, l. 36. de Usur. l. 39. §. 1. de Leg. 1. l. 7. §. 11. Sol. Matr. quarumcunque, etiam Vestimentorum, d. l. 15. §. 5. de Usufr. l. 19. de Usur. vulgò à Dd. fructus Civiles dicti: per l. 1. §. 7. C. de Rei Vx. act. nec non l. 62. de R. V. quo sensu etiam dicitur, rei fructus esse, pignori dare licere l. ult. ff. de Usur. l. 72. de R. I.

III. Effe-  
ctus.  
Præstatio  
fructuum.  
Quid ve-  
niat no-  
mine fru-  
ctus?

XXXV. Horum autem debendi triplex est causa; aut enim debentur ut pars rei: l. 44. de R. V. l. Quintus 40. de Actio. Empt. l. fin. §. 6. Quæ in fraud. Cred. aut debentur propter rem & cum re debitâ tanquam ejus causa: l. 35. de V. S. l. 49. §. 1. de R. V. vel denique propter Delictum malæ fidei: l. pen. l. 17. §. 1. de R. V. cum simil. Aemil. Ferret. tr. de Mora.

Quot mo-  
dis debean-  
tur fru-  
ctus?

XXXVI. Ut pars rei debitæ, debentur in singularibus quidem Judiciis fructus pendentes, l. 44. de R. V. nec non in utero constituti, l. 48. §. fin. ff. de acquir. rerum Dom. non solum tem-

Fructus  
debiti ut  
pars.



pore traditionis, *supr. dd. ll.* sed etiam tempore Contractus, bonæ fidei nim; *arg. l. Iulian. 13. §. 20. de Act. Empt.* In universalibus autem V. C. petitione Hæreditatis, quicunque Hæreditatem augent: *l. illud 40. §. 1. l. 20. §. 3. de Hæred. pet. Dn. Vngep. Exercit. §. qu. 12.* Et quidem in hac non minus atque pendentes in illis Jure Actionis, cum in eam veniat, quidquid occasione Hæreditatis vel possidet Reus, vel postea cœpit possidere. *l. 4. ff. de Hæred. Pet.*

*Fructus debiti propter rem tanquam ejus causa.*

XXXVII. Propter rem principalem tanquam ejus Causa debentur, quatenus Jure accessionis eam sequuntur: §. 2. *de Offic. Iud. l. 25. §. 1. de Vsur. l. 35. de V. S.* quales sunt fructus extantes, *l. 22. C. de R. V.* cum meum sit quod ex re mea superest: *l. 49. §. 1. de R. V.* qui cum re debentur omnes à tempore, quo primùm Actio cum effectu intentari potuit, nulla ratione Moræ, vel bonæ aut malæ fidei habitâ, idque in realibus Judiciis: In Personalibus autem non solum restitutoriis; *l. videamus 38. de Vsur.* sed & reliquis bonæ fidei Judiciis, *d. l. 38. §. 1. §. 15. l. 19. ff. de Vsur. l. 13. §. 18. l. 3. §. 1. ff. de Act. Empt. l. 10. §. 2. & 9. ff. Mand.* debentur ex eodem tempore, competentis cum effectu intentandi Actionis fructus, quosunque reus percepit ex re debita. *Bachov. vol. 1. Tr. D. 15. th. 11. l. D. Frantz hius Exerc. Jurid. 4. qu. 8. Riemer. qu. Jurid. Decad. 4. qu. 4.*

*Fructus debiti propter malam fidem.*

XXXVIII. In mala verò fide & morâ positus ne consumptos quidem lucratur: §. 35. *l. de R. D.* sed de illis, sicuti & de iis, qui cum percipi potuissent, percepti non sunt, §. 2. *l. de Off. Iud. l. domum 5. C. de R. V. l. 39. §. 1. de Leg. 1. c. gravis de rest. Spol.* restituendis tenetur. Et hi demum fructus, puta consumpti nec non percipiendi, propriè ex Mora debentur, quæ Possessorem in mala fide constituit, extantes in realibus nec non percepti quavis in Personalibus actionibus etiam citra Moram, & solius rei debitæ intuitu. *Johan. Saporita tr. de Mora. c. 3. n. 70.* Debentur autem tam in realibus ex tempore quo cepit mala fides, quàm in bonæ fidei Judiciis ex eo quo Mora contracta est instar usurarum, *l. 34. junct. l. mora 32. §. 2. l. 17. §. 3. & 4. ff. de Vsur. ad usq; tempus Sententiæ, l. 17. §. 1. de R. V.* quin & post illam si mora fuerit extrajudicialis, *l. 3. pr. de Vsur.*

*In actione Legati & Fideicommissi qua-*

XXXIX. Cæterum in Legatis & Fidei commissis nec non Donationibus mortis causâ, (quarum Actio bonæ fidei est æmula, *l. 3. C. Quib. caus. rest. in integr. l. 42. de Don. mort. caus.* nec

nec non arg. §. 1. l. de Donat.) Speciale est, quòd fructus non aliter debentur quàm ex morâ: l. 26. de Leg. 3. l. 18. princ. & §. 2. ff. ad SCtum Trebell. ante illam ne quidem extantes, l. 23. de Leg. 1. l. 27. §. 1. l. 28. pr. l. 22. §. 2. l. 44. §. 1. ad SCtum Trebell. & c. sed apud hæredem manent: qui fructus, Legati quidem omnes, sive ante sive post: l. 73. ff. ad L. Falcid. Fideicommissi autem demum post aditam Hæreditatem perceptos, lucratur. dd. ll. Cum enim Fideicommissi fructus ante aditam hæreditatem percepti in ipsam hæreditatem, adeoque etiam in quartam Trebell. computentur, l. 27. §. 1. ad SCtum Trebell. non omnes sunt hæredis. Quamvis autem statim à tempore mortis Dominium hisce casibus transeat, tamen illud adhuc incertum & in suspensio est, ante agnitionem Legatarij vel Fideicommissarij, cùm interea repudiare possit: aliter atque in aliis sive in rem, sive in personam Judiciis, quæ semper Jus certum nec suspensum præsupponunt. Nec certus est hæres, id, quod Judicio Testatoris (qui hæredem non nimis onerare, l. 34. §. 5. de Leg. 2. sed ei parcere voluisse præsumitur l. 47. ff. eod.) debet, à se avocatum iri, sicut is qui ex conventionem sua obligatur. Quare & si agnitum iri probabiliter sciat, ex ejus scientiæ tempore fructus non lucrabitur hæres. l. 40. ff. de A. R. D. Bachov. vol. 2. disp. 13. th. ult. l. H. Interpellatione igitur in Mora constitui hæredem opus est, ut usuræ vel fructus Majoribus ex legato vel fideicomm. debeantur. l. 3. l. 8. l. 39. ff. de Usur. l. 1. & ult. C. de Usur. Legat. Minoribus autem cum Mora ex re ipsa committatur, statim à tempore aditæ Hæreditatis debebuntur, l. 3. C. In quib. caus. rest. Ferret. tr. de Mora. Molin. tr. de eo quod interest. n. 106.

renus fru-  
ctus de-  
beantur

XL. Cæterum in stricti Juris Judiciis fructus ex re in obligationem deductâ planè non debentur, ne quidem qui stipulationis aut obligationis tempore fuerunt, l. 78. §. 1. de V. O. & aliâs rei partem faciunt, vid. th. preced. 36. cum in eam non veniant, nisi quæ palàm verbis expressa sunt; l. 99. pr. de V. O. fundus autem fructibus separatis fundus esse non desinat, & in eo nihilò secius verba stipulationis verificentur. Quæ eadem ratio efficit, ut etiam ut Causa Rei non debeantur; l. 3. §. 1. de Act. Empt. cum dandum demum sit, quale est cum petitur. l. 2. de Usur. Quin nec à tempore moræ debentur: l. videamus 38. §. 7. de Juris. Siquidem Mora obligationem non auget vel majorem facit, sed strictè & angustè conclusam, nec ullum respectum ad fructus

An in stri-  
cti Juris Ju-  
diciis fru-  
ctus debean-  
tur ex Mo-  
ra?

bo-  
ibus  
tem  
rcit.  
illis  
edi-  
Hæ-  
au-  
§. 2.  
fru-  
mea  
em-  
a ra.  
ibus  
l. vi-  
§. 1.  
§. 2.  
n ef-  
it ex  
c. lu-  
con-  
& de  
Jud.  
sti-  
non  
n in  
qui-  
s rei  
ntur  
uàm  
ura-  
usq;  
mo-  
nec  
ei est  
aus.  
nec



fructus habentem, d. l. 78. §. 1. qualis est, perpetuat. l. 91. de V. O. Gædd. d. c. 11. n. 116.

An aliis  
casibus de-  
beantur &  
quomodo?

XL I. Ex æquitate igitur demum est, d. l. vid. §. 7. de Vsu-  
ris, quod in stricti Juris Judiciis fructus præstandi sunt: 1. post  
litem contestatam, d. §. 7. l. cum fundus 31. de reb. Cred. l. 2. ff. de  
Vsur quocumque tandem Jure veniant: 2. Quando tota vis ac  
potestas Obligationis bonæ fidei, in stipulationem deducta est:  
l. si stipul. 4. ff. de Vsur. l. 1. §. bellissimè 13. Ut Legat. vel Fideicom.  
cum stipulatio, maximè quæ aliis Obligationibus perfectis ac-  
cedit, l. 8. de Prescript. verb. ex negotio convento pendeat; l. 5.  
pr. de V. O. adeoq; secundum illud intelligenda sit; l. 56. de Leg.  
1. l. 68. §. 1. de Fidejuss. Treutl. vol. 1. disp. 6. th. 4. l. B. nihil enim  
prioris obligationis mutat, sed efficit potius, ut cautior & secu-  
rior quis reddatur. l. 1. §. 4. de Prætor. stipul.

Quando  
fructus de-  
beantur ut  
Interesse?

XL II. A tempore tamen Moræ, etiam in hisce Judi-  
ciis, post l. 2. C. de Form. subl. fructus deberi tanquam inter-  
esse, vult Molin. num. 205. 210. 211. cum in iis non prohi-  
beantur ex Mora venire propter se, cum nemini Mora sua  
prodesse, l. 37. Mand. nec quisquam cum alterius jactura lo-  
cupletari debeat; l. 14. de Cond. Indeb. sed propter formulam pe-  
tendi, quæ est stricti Juris, rem solum complectens, non acces-  
siones: l. 2. ff. de Vsur. hodiè autem sublatam per d. l. 2. C. de  
Formul. subl. quâ lege omnes stricti Juris actiones factæ sunt ar-  
bitrariæ, eatenus nimirum ut in iis Interesse contrahentium ra-  
tio habeatur, quoties justa specifica causa subest; ut hîc, in æsti-  
matione fructuum ex Mora: Molin. d. num. 105. quamvis in re-  
liquis natura stricti Juris Judicij maneat. Bachov. d. 6. de Action.  
th. 12. l. A. Gail. 2. obs. 5. n. 14. 15. ubi etiam in Mutuo post mo-  
ram, Debitorem ad Interesse lucri cessantis conveniri posse sta-  
tuit; id quod hodiè post recessum Deput. de Anno 1600. §. So  
viel diesem nach. amplius dubium nullum habet, quo expressè  
cautum, Interesse tam damni emergentis, quàm lucri cessantis  
rectè peti: aut si Creditori illud deducere non libeat, in illius lo-  
cum quinq; pro annuis centenis.

Vsura loco  
fructuum.

XL III. Porro quæ fructuum interveniente Mora, ea-  
dem ferè ratio usurarum est; l. Vsura 34. de Vsur. l. 5. §. ult. de Do-  
tis Collat. (quæ locum habent in rebus alioquin naturâ suâ ste-  
rilibus, l. 3. §. 4. de Contrar. Tut. action. iis vid; quæ pondere nu-  
mero & mensurâ constant. pr. Quib. mod. re. l. 12. l. 23. C. de  
Vsur.

*Vsur.* in bonæ fidei nimirum Judiciis in quibus pariter debentur à tempore Moræ; *l. Mora 32. d. l. 34. de Vsur.* In stricti autem Juris Judiciis à tempore litis contestatæ debentur quidem fructus. *sup. th. 41.* non tamen usuræ, quippe quæ in iisdem peti non possunt. *l. 1. C. de Cond. Indeb. nisi stipulatione promissæ l. 3. C. de Vsur. l. 31. ff. eod. l. 24. de Prescr. verb.* quo casu ne quidem per litis contestationem interrumpuntur. *l. 18. de Novat. l. 1. C. de Iudic. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 3. th. 3. l. D. nec non in notis ad paratitl. Wesemb. de Vsur. num. 3.* hodiè tamen quod de fructibus dixi in thes. præced. idem de usuris obtinebit.

*An debeantur in strictiuris Judiciis à tempore litis contestatæ?*

**XLIV.** Succedit ejus quod extrinsecus interest præstatio; ab aliis casuale seu momentaneum dictum, comprehendens omne damnum & lucrum occasione Moræ extrinsecus emergens; *l. si commiss. 13. ff. rem rat. hab. l. un. C. de Sentent. qua pro eo quod interest,* quod ultra & extra rem principalem, ejusq; æstimationem nec non accessiones naturales & quasi; jam ante dictas, moram passo refundi æquum est. *l. 1. l. 11. § 9. ff. de Act. Empt.* sed illud tamen verum & propinquum; quod immediatè est ex Mora: *d. l. un. Molin. tr. de eo quod interest. n. 11.* damnum quidem illud; quod propter solutionem non factam necessariò incurrit Creditor, nec evitare potuit: *Molin. num. 64.* ut si pœna propter moram non solventis tertio cuiquam commissa sit; *l. 3. ff. de in litem lur. l. 22. ff. ad L. Aquil. vel si jacturam aliam, l. argent. 10. §. 3. de Edendo. l. 3. de eo per quam factum est,* aut sumptus, *l. si Servum 33. inf. verb. erogare. ff. ad L. Aquil. propter rem non traditam fecit, ut id ipsum sarciatur. l. 2. 3. C. ad L. Aquil.*

*IV. Effectus. Præstatio ejus quod interest.*

*Damnum emergens.*

**XLV.** Lucrum item certum & exploratum; Illud nimirum, quod ex eo solo quod necessariò præstandum est, haberi certò potuit. *Althus. Discolog. l. 1. c. 34. n. 42. Bach. ad Tr. vol. 2. disp. 23. th. 4. l. C. ut si hæreditas mihi per servum, l. 33. l. 23. ff. ad L. Aquil. vel aliud quid, l. 17. §. 1. inf. de R. V. acquiri potuit: non quod aliunde & non necessariò: nisi & ejus inter contrahentes, sive expressè sive tacitè ( ut si certo loco dari conveniret. l. 2. l. 3. ff. de eo quod certo loco, nec non inter Mercatores, si die certâ, Gail. 2. obs. 6. n. 2.) ratio habita fuerit. Bach. d. l. C. inf. quod totum arbitrio & prudentiæ Judicis committitur, d. l. 2. §. 3. l. 135. §. 2. de V. O. ut pro bono & æquo æstimet. ( ut in simili traditur in l. 13. §. 1. de annuis Legat. l. 14. pr. de divers. & temporal. præscr. l. fin. de Prator. stipul. Gail. d. obs. 6. num. 7. Hottom. ad d. l. un.*

*Lucrum cessans.*

C

*l. un.*

V. O.  
Vsu-  
post  
ff. de  
is ac  
elt.  
mm.  
s ac-  
l. 5.  
Leg.  
nim  
ecu-  
Judi-  
nter-  
rohi-  
a sua  
a lo-  
n pe-  
cces-  
C. de  
nt ar-  
m ra-  
æsti-  
in re-  
ction.  
t mo-  
e sta-  
S. So  
presè  
antis  
us lo-  
a, ea-  
de Do-  
à ste-  
re nu-  
C. de  
Vsur.



*l. un. sub fin.* etiam ratione singularis utilitatis interdum habita: *l. si cui fundus § 4. de Leg. 2.*

*Vsura loco  
Interesse.*

XLVI. Sicuti autem vicem fructuum obtinent usuræ, ita in locum ejus quod interest surrogantur, quando Quantitas, seu res quæ pondere numero & mensurâ constant in obligatione sunt. *l. 3. ff. de Usur. l. 24. C. eod. Hottom. ad l. un. C. de Sent. qua pro eo quod interest. Idem tr. de Morâ.* Cùm enim functionem recipiant in genere suo, adeoque nec in eas cadat affectio, & aliunde si quis egeat comparari promptè possint, magis est, ut regulariter in illis locum habeant usuræ, *Molin. d. tr. num. 95.* quàm id quod extrinsecus interest: cum secundum Dd. allegatos à *Bachov. vol. 2. disp. 23. th. 4. l. C. in fin.* aliter ejus ratio non habeatur, quàm si utilitas ex re, in qua tradendâ mora commissa est, SOLA; (non autem aliunde) & quidem necessariò haberi potuit. Quæ sanè conditio in rebus quæ mutuo vice alterius funguntur, nunquam existere potest. Et hinc est, quòd in *l. sterilis 21. §. 3. ff. de Action. Empt. nec non l. ult. ff. de Peric. & Comm. rei Vend.* ex hujusmodi debitis extrinsecum Interesse ex Mora deberi negatur.

*Quando  
ultra Usu-  
ras præste-  
tur inter-  
esse?*

XLVII. Aliter se res habet, ubi Conventio sive expressa sive tacita de omni Interesse propter Moram præstando intercessit: quod (ut supra dictum) fit in Obligationibus, quibus certo loco dari convenit; quæ cum factum, ut nim: curet Reus loco convento solutionem fieri, *l. 2. §. 6. de eo quod certo loco admixtum habeant, perinde in iis, atque in aliis faciendi obligationibus conventum censetur, ut nisi fiat, id quod interest præstetur: adeoque licet Quantitas, aut alia res fungibilis in Obligatione sit, nihilominus id, quod extrinsecus interest, & quidem interdum ultra legitimum modum usurarum præstandum venit. l. 2. §. fin. ff. de eo quod certo loco Bach. d. disp. 22. th. 4. l. C. in fin.* sicut etiam quocunque casu alio, quem Debitor prævidisse, adeoque in eundem se tacitè obligasse censetur. *Molin. d. tract. num. 97. item n. 49. in f. supr. all. Recessus Deputat. de Anno 1600. §. Soviel nun.*

*Pœna Con-  
ventiona-  
lis.*

XLVIII. Et hi quidem sunt Effectus & Pœnæ quibus Mora de Jure Civili coercetur; quorum tamen æstimatio propter difficilem probationem, partium conventionem (ut *f. th. 27. dictum*) interdum comprehenditur & determinatur. Sufficitur autem à contrahentibus pœna conventa vel (1) in vicem rei prin-

principaliter promissa; & tunc pœnæ adjectio in bonæ fidei contractibus, non impedit usuras exigi, *l. Lucius 47. ff. de Action. Empt.* imò nec interesse. *l. pradia 28. de Act. Empt.* Quatenus tamen hæc pœna æstimationem rei principalis excedit, in id quod interest computatur. *d. l. 28. Ferretus ad l. un. C. de Sent. qua pro eo.* Vel (2) in locum usurarum, *l. pœnam 44. de Usur.* Vel sortis & usurarum: *l. 15. l. 16. C. de Usur.* quo casu justam earum Quantitatem egredi non debet, *d. l. 15. l. Iul. 13. §. 26. de Act. Empt.* Vel denique (3) sufficitur in locum interesse, ejusq; vel quatenus rem principalem juxta secum comprehendit, *l. 23. pr. l. 28. de recept. arb. l. 44. §. 5. de O. & A.* ita ut pœnæ petitio rei principaliter in obligationem deductæ petitionem perimat: *l. 17. l. 40. C. de Transact. l. si pacto 14. C. de Pactis.* Vel quatenus per se solum consideratur, ut si rata manente Conventione principali pœna adjecta sit. *arg. d. l. 17. C. de Transact. l. 122. in f. de V. O.*

**XLIX.** Ex his constat quàm variè Mora obligationem perpetuando auctori suo noceat: Hæc verò eadem cum etiã commissa à Principale, Fidejussoris obligationem perpetuet; *l. 91. §. 4. de V. O. l. 58. §. 1. de Fidejuss.* eidem non minus nocet, *l. 24. §. 1. de Usur. l. mora 88 de V. O.* quàm principali: adeò ut Fidejussor ex facto Debitoris principalis, non solum teneatur ratione rei principaliter in contractum deductæ; ad ejus interitum vel deteriorationem præstandam: *d. l. 58. §. 1.* sed etiã ratione reliquæ causæ & accessionum, *d. l. 91. fructuum nim: & usurarum* quæ vid. Creditor morâ non factâ accepturus fuisset, pro natura contractus, bonæ fidei: *l. 54. ff. Locat. l. 10. Rem pupill. salv.* idque quia in totam causam, *d. l. 91. §. 4.* seu pro omni eo, ad quod principalis Obligatio mora interveniente producitur, fidejussisse censetur. *d. l. 54.* Siquidem stipulatio ejusmodi accessoria secundum principalem æstimanda, *arg. l. 56. de Leg. 1.* adeoque ad idem cum illa producitur. Quod si verò in certam Quantitatem intercesserit Fidejussor, tunc pro eo tantum, non etiã accessionibus iis, quæ sunt ex natura Obligationis principalis tenebitur. *l. 68. §. 1. de Fidejuss. Bachov. vol. 1. disput. Tr. 22. thes. 5. l. D E.*

**L.** Hactenus visum de Mora, quâ contrahitur, quâ obligationem perpetuat. Videndum porrò quomodo illa tollatur & perimatur. **TOLLITUR** autem vel cum principali obligatione, vel eâ adhuc durante. Cum principali obligatione, tollitur,

*An Equatenus Mora obligationem Fidejussoris perpetuet?*

*Tollitur Mora. Vel Cum principali Obligatione.*



iis modis quibus eadem perimitur, siquidem accessorium ultra principale consistere nequit: *l. 129. l. 178. de R. I. neq; pro hujusmodi accessionibus ex Mora debitis, peculiaris actio prodita est: l. 49. de Act. Empt. §. fin. ff. de eo quod certo loco. adeoq; Creditor, cum principali Actione contineantur, (quippe quæ per Moram, ut sup. dictum ad easdem producitur) solutionem nisi & de accessoriis ipsi satisfactum sit, tanquam particularem recipere non cogitur, l. 2. §. 7. de eo quod certo loco. l. 41. §. 1. de Usur. l. 6. C. de Usur. §. fin. l. de perpet. & temp. Action. Bach. disp. 6. de Action. th. 16. in fin.*

*Vel eâ durante & tunc tollitur rursus vel per cõventionem partium.*

*Vel Citra cõventionem per oblationem Debiti.*

L I. Manente autem sive durante adhuc principali obligatione, tollitur Mora vel conventioe partium, pacto vid: vel transactione &c. quibus ejus Effectus & cursus sistitur: *l. 26. §. fin. autem. C. de Fidejuss. cum cuique integrum sit Juri suo renunciare, l. pen. C. de Pact. c. significasti extr. de foro competent.*

L II. Vel citra conventionem: nudâ vid: Debiti oblatione quandocunque factâ, etiam verbali: *l. 4. verb. oblata & depof. ff. de eo quod certo loco. l. 72. pr. de Solut. Sufficit enim reum paratum esse solvere, Nov. 91. c. 2. l. 3. §. 3. de Action. Empt. & per eum non stare, quo minus Solutio fiat. l. 9. C. de Usur. Cumque solâ negatione & cessatione Mora contrahatur, solâ etiam oblatione licet verbali eadem dissolvatur, l. nihil-35. de R. I. Bachov. vol. 2. disput. Tr. 3. thes. 9. l. C. Arum. cap. 7. num. 6. Hæc tamen oblatio fieri debet opportunè & seriò, l. 122. §. 5. in f. verb. si non cessasset de V. O. re nimirum ita comparatâ, ut de facili solutio, & si Creditor acceptaverit, statim præsens fieri possit: l. 72. §. 3. ff. de Solut. nec non in loco congruo, l. 39. de Solut. l. 122. pr. de V. O. Bachov. d. th. 9. l. C.*

*Morâ sublata ejus Effectus in futurum cessant.*

L III. Morâ itaque hisce modis peremptâ, cuique pronum est Judicare, ejus quoque Effectus omnes in futurum perimi atque sisti; licet interdum principalis Obligatio adhuc dureret, quæ non nisi secutâ oblatione & depositione tollitur. *l. 19. C. de Usur. l. 1. §. 36. in f. Depof. l. 9. C. de Solut. Atque hinc usuræ conventionales per nudam oblationem non tolluntur: l. 6. l. 9. C. de Usur. quin nec illæ quæ in b. f. Judiciis propter fructus ab altera parte perceptos aut usum pecuniæ debentur, l. 1. in f. ff. de Usur. l. 28. in fin. de admin. Tut.*

*Purgatur etiâ Mora quoad alios quos Eff-*

L IV. Quid verò de Mora jam commissâ ejusque Effectibus præteritis, num & illi his modis sublatis censebuntur? Non certè; Siquidem hi Actus, per quos Mora solvitur, (extra

tra

tra conventionem) sui natura in præteritum tempus operari non possunt, quippe quo Jus Creditori jam quæsitum est. Ex æquitate tamen fit, l. 91. §. 3. de V. O. l. 17. ff. de Constit. pecun. ut dicti actus retrò operentur, & Mora quoad quosdam sui Effectus & pœnas purgetur, l. 73. in fin. de V. O. l. 14. de Novat. & emendetur: d. l. 91. §. 3. iis nimirum casibus, quibus Creditoris nihil interest: l. 21. in f. junct. l. 22. de recept. arb. l. 135. §. 2. in fin. de V. O. cum æquum sit, cuius permitti, quod ipsi quidem prodest, alteri autem non nocet. l. 2. §. 5. de aqua & aqua pluv. arc. l. 38. de Evict.

*Etus in præteritum.*

LV. Purgatur autem Mora jam commissa ad hos effectus, ut evitetur ejus quod interest, nec non pœnæ conventæ, itemque periculi præstatio. Cum enim per Moram quæ tacita inducatur Novatio, l. 44. de O. & A. per quam interesse & pœna in locum ejus de quo principaliter contractum est, succedit, d. l. 44. non solum ubi initio duæ quasi obligationes sunt, quando nimirum vel de faciendo, vel de dando sub pœna, d. l. 44. conventum est; sed etiã ubi una est obligatio, de dando simpliciter, sine pœnæ adjunctione: l. 1. pr. l. 11. §. 9. ff. de Act. Empt. statim Jus actori quæsitum censetur, pro arbitrio (si nolit rem ipsam principalem petere) agendi ad interesse: adeo quidem, ut si in dandi obligationibus res quancumque etiam post oblationem factam Creditori perierit; non tamẽ Debitor liberetur, cum Actio ad Interesse Creditori per Moram quæ sita supersit: Quia tamen horum Effectuum utilitas, partim in suspenso; ut in præstatione ejus quod interest, partim extra dispendium Creditoris est, si ea careat, ut in pœna conventa: æquum visum est legibus; l. 91. §. 3. de V. O. Debitorem adhuc maturè, antequam Creditoris extrinsecus intersit, d. l. 21. 22. de recept. arb. l. 135. §. 2. de V. O. offerentem liberari, adeoque Moram etiam ante contractam, quoad hosce Effectus purgari: ut neque ad pœnam conventam, l. 1. de penul. legat. l. 19. pr. l. 24. Quando dies Legat. vel Fideicom. neq; ad id quod interest, l. 73. in f. l. 84. de V. O. l. sed et si 8. si quis Caut. & per consequens neque ad præstationem futuri periculi, l. 8. l. 14. de Novat. Debitor præcisè teneatur.

*Qui sint illi Effectus?*

LVI. Ea que Purgatio Moræ locum habet. usq; ad litem contestatam; modis omnibus, quibus illam tolli & perimi supr. th. 50, § 1. § 2. ostensum est: adeoque etiam in dandi obligationibus, si offeratur ante litem contestatam. l. sed et si 17. de Const.

*Quandiu Mora Purgatio locum habent?*

*pecun. l. 1. de penu Leg. l. 19. l. 24. Quando dies Legat. In obligationibus autem faciendi, si fiat, aut opus perficiatur, antelitem contestatam: l. 84. de V.O. adeoque in factis successivis inchoasse non sufficit, cum post litem contestatam pergere & ædificare nil juvet; d. l. 84. nec Mora aliter, quàm oblatione aut solutione Debiti purgatur: oblatum autem & solutum ante non intelligatur, quàm si totum offeratur, l. 9. C. de Solut. sicut nec actum, si aliquid superest ad agendum. Hinc statim post litem contestatam Interesse præstari oportet. Qui enim litem contestari patitur, Judicio contrahit. l. 3. §. 11. ff. de Pecul. l. 57. ff. de Solut. l. 20. §. 5. de Hæred. per.*

*In quibus  
Mora pur-  
gatio lo-  
cum non  
habeat?*

L VII. Non verò purgatur etiam Mora jam commissa, ratione reliquorum Effectuum, fructuum nimir: & usurarum, æstimationis quanti plurimi, & ubi extrinsecus Interesse cœpit: Siquidem omnibus hisce casibus, propter utilitatem, quam non amplius in suspenso constitutam, sed jam quæsitam Creditor habet, Purgatio Moræ non admittitur: cum quod semel nostrum est, sine voluntate nostra nobis adimi non possit: l. 11. de R. I. Arum. c. 9. n. 4. neque esset hæc Purgatio sine damno Creditoris, cum utique si absque mora Debitoris fuisset solutum, prædictas utilitates ex re sibi tradita habiturus fuisset. Multò minus autem si diem & pœnam habeat obligatio, pœna illa per oblationem post diem factam purgatur, quia ut sup. th. 24. dictum, non ex Mora, sed ex Conventionem debetur.

L VIII. Recensentur & alij casus à Dd, quibus Moræ emendatio, etiam quoad Effectus supr. in th. 55. recensitos non admittitur. Verùm cum illi vel dubio careant, ut quando Debitor eidem specialiter renunciavit. l. sancimus 26. §. si autem. C. de Fidejuss. siquidem cuivis pacto regulariter sibi præjudicare licet: l. pen. C. de Pact. c. si dilig. de Foro compet. Vel reipsâ emendationem Moræ non impediunt aut tollant, quod illi quidem de Juramento & geminatione promissionis statuunt: Vel denique planè à præsentis disputatione sint alieni, cujusmodi est, quod de Executione ipso Jure à lege vel homine facta adferunt, iisdem

immorari, non est ejus operæ precium, quin hæc pro

enodatione intricatæ hujus materiæ

dixisse sufficiat.

V I R O



*VIRO CLARISSIMO ET  
Doctissimo,*

**DN. MARTINO RASORIS,**  
pro summo in Utroq; Jure gradu Docto-  
rali consequendo disputanti.

**A**rdua qui gestit conscendere templa Minerva  
Et cupidam Aonio fonte levare sitim.  
Hunc raro Oceani consurgens cernit ab undis,  
Stertentem in stratibus Phœbus ab axe suo.  
Nec Veneri, Bacchoq; litat, sed scripta revolvit  
Sidera seu fulgent, seu Phaethontis equi.  
Hæc animo bene fixa tenes, & corde volutas,  
RASOR, Thespiadum Gloria magna chori.  
Non pectus sublime tuum furiosa libido  
Fregit, nec somnus debilitavit iners.  
Pectore sed forti Labyrinthum Iuris adisti,  
Mox Tibi ad anfractus est ad aperta via,  
Vicisti ambages Themidos. Sic Palladis arces  
Scanduntur, scandi sic solet ipse Polus.  
Nomina tanta Tibi, quamvis rudiore Camœnâ  
Gratulor, & Patriæ spemq; decusq; Tui.

Sic applaudit

Johannes Philippus Dieffenbach/  
Mœno-Francofurtanus.

**F I N I S.**

liga-  
tem  
oaf-  
care  
ntio-  
in-  
nec  
post  
item  
57.  
issa,  
um,  
epit:  
non  
litor  
lno-  
i. de  
redi-  
præ-  
inus  
obla-  
um,  
loræ  
non  
De-  
tem.  
icate  
nda-  
m de  
ique  
od de  
dem  
IRO



DISPUTATIO  
VIRI CLARISSIMI ET  
AS MARTINO RASORIS  
publimum in Theop. Juris Docto.  
tali concedendo disputanti

Ardens qui gessit cogitanda  
et capiam. Nonio foveat hunc  
Hanc vero Oceanus in gressu non videt  
Nec Venetis, Barchin. litat, sed serpente  
Sidera seculi sagunt, sed Phoeniciae  
Mecenas hunc foveat, et cor de voluit  
RASOR, Theophrastus gloria magna chor.  
Non peris foveat inum furiosa libido  
Fregit, nec foveat debet voris iners.  
Pector sed fortis Labyrinthum inuicem  
Mox tibi ed insperat est ad pectus via.  
Fuisse ambages Theophrastus. Sic Pallada arces  
Scanduntur, scandit se solus ipse Polus.  
Nympha tanta tibi, quum vis rubore Camena  
Gruetur, et Patria foveat, deumq. Tri.

Johannes Philippus Bessendorff  
Moeni Francofurtanus


F I N I S




X 2615889

VD 17







564  
4  
80

1643,5

*DISSERTATIO*  
*IURIDICA*  
*IN AVGVRALIS,*  
*DE*  
**MORA DEBITORIS.**

*Quam*  
AUSPICIO  
*S. S. TRINITATIS.*  
EX DECRETO ET  
AUTHORITATE  
MAGNIFICI ET NOBILISSIMI IC:TO-  
RUM, IN INCLYTA ARGENTORATEN-  
SIUM ACADEMIA ORDINIS.

*Pro*  
Honoribus & Privilegiis in Utroque Jure  
Doctoralibus ritè obtinendis

*Ad Diem XXVI. Januarij*  
*Horà locoq; consuetis.*

*Publico Examine & ventilationi submittit*  
MARTINUS RASORIS, MOENO-  
FRANCOFURTENSIS.

  
ARGENTORATI,  
Typis EBERHARDI WELPERI.  
M. DC. XXXXIII.

